Nobilis Petrus Popiel Romanowicz eidem Nobili Iwan Popiel Koladrub Creditori suo
eiusque posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem
praesentem debitoream ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premi-
sliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit
acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso addi-
tione succumbendi ac pro summa ipsa principali non soluta solvenda citatus ex nunc memo-
ratus recognoscens Nobilis Petrus Popiel Romankowicz aut eius successores Ad instan-
tiam suprascripti Nobilis Iwan Popiel Koladrub aut eius posterorum Ad officium praesens
Castrense Capitaneale Premisliense ex nunc recessu suprascripto quoad vadium spectat medi-
ante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere mandere vadium
praetactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque
ac suos successores Ad caeteraque omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium terminum et
alios omnes consequentes causa eius terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori
minorennitate successorum legione intra vel extra Regnum servitio militari adiumenta
ad Exercitum vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem ultra praeos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non
recipiens nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciens ac praemissa om-
nia praemissis simplicibus vel hiccatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione
Terrestri bello conventione neque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugi-
endo stat hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski Baczynkowi Obligat

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Pau-
lus Baczynski Pluwaczek olim Andreae filius sanus mente et corpore existens
a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens
huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum succes-
soribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam
libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in paterna vulgo
duo stadia alias Niwy inter metas Leskowiqt ab una et Hryniowiqt ex altera par-
tibus in haereditate villa Baczynie post fluvium Niestr sitta in Districtu praesenti con-
sistens Cum omni eorundem bonorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bo-
norum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis

Et pertinentiis

et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus
aut alioquopiam reseruando et excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque prout
praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et pro-
tendit et prout eadem bona ipsemet recognoscens solus tenuit habuit et possidebat
ac ipsum concernebat eidemque seruiebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Tymko
Baczynko Leskowicz et ipsius successoribus in summa triginta florenorum pecuniae po-
lonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis
triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae pecuniae hinc
et a data praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et imme-
diate venturum et indefectibiliter pro tunc exemptionis et summae praefatae totalis et integrae
persolutionis ex tunc ad aliud simile festum Conversionis Sancti Apostoli Pauli et sic
consequenter de anno ad annum annis et festis continue et immediate se sequentibus
usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praefatae totalem et indiuisam persolu-
tionem inscripsit obligauit et inuadiauit prout praesentibus inscribit obligat et inuadiat
Etiam ex nunc idem recognoscens Nobilis Paulus Baczynski eidem obligatorio et ipsius posteris coram
officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem paccamque possessionem per ministerialem
quemcunque et Nobiles duos ipsi iam ex nunc ab officio praesenti additos denique quacunque vo-
luerit officiose acceptandam. Per ipsum obligatorium suum et ipsius successores bona praefata obligata
tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos
suorumque successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo
ac titulo obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus recognoscens Nobilis Paulus Baczyn-
ski prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis
pecuniarum habitis et habendis eidem obligatario suo eiusque posteris inscri-
bit et obligat eundem et ipsius posteros ab omni et quauis impetitione iuridica quanicunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium usque ad exemptionem eorun-
dem bonorum et summae praefatae totalem et indiuisam persolutionem in omni Iudicio et officio
Regni exorituras tam in toto quam in parte totiens quoties opus fuerit tueri defendere
evincere intercedere ac eliberare indemnemque cum posteris reddere. Necnon bona pro-

nominata obligata tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptio-
nibus prioribus et posterioribus tum etiam a quibusvis actionibus in eadem bona importatis et importa-
ndis litibus denique et processibus ac pressibus iuribus quibusvis in quocunque puncto et gradu eum depe-
ndentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis in suprascriptis bo-
nis perductis et producendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam i-
ntromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum dum per Mi-
nisterialem et Nobiles officio requireretur non denegare imo libere et effectualiter dare et ad-
mittere dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum tam per se quam per subordi-
natas quasvis ac submissas suas personas non adimere nec praepedire eundemque
nobilem Tymko Baczynko Leskowicz obligatarium suum et ipsius posteros tam in toto quam in mi-
nima quavis parte non iniuriari ita ut eadem bona obligata idem obligationis suus vigore inscri-
ptionis praesentis suis cum posteris quiete et pacifice tenere et possidere queat. Idque sub vadio si-
milis summa triginta florenorum pecuniae polonicae per eundem regnantem Nobilem Baczynski eique
Nobili Tymko Baczynko eiusque posteris ob non completionem praemissorum omnium et si-
ngulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit dat solvendum succumbe-
ndo. Nihilominus idem regnans Nobilis Paulus Baczynski eique obligatorio suo eiusque posteris dat et co-
ncedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem ex his actis Castre-
nsibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transfere-
ndi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet recognosceretur tra-
nsportareturque. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbat realiterque pri-
ncipali ex praemissis non completa complendaque praemissa citatus exnunc memoratus recognoscens
Nobilis Paulus Baczynski aut eius successores Ad instantiam praefati Nobilis Tymko Bacy-
nko aut eius posterorum Ad officium praesens Castrense Premisliense recessu suprascripto quoad respo-
ndendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare respo-
ndere iuri parere vadium praetactum luere inscriptioni huic satisfacere atque om-
ne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem om-
nia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque termi-
nos semper peremptorios vera in perpetuitate per maiori minorennitate successionem lega-

tione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentis ad Evictoris vel aliis
quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
vero praedictos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non reci-
piens nullasque motiones appellationes ac causae prosequutiones faciens ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis
iuris protectione terminis bello Convocationeque et aliis omnibus iuris remediis
et defensis non subterfugiat. Hac suo praesens inscriptione ad praemissa mediante.

Romerowa Romerowe Zenetur

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gene-
rosa Catherina de Garbow Tarnowska Generosi Christopheri Romer de Chyszow con-
sors legitima una cum personali assistentia eiusque mariti sui sana mente et corpore
existens a Terrestribus districtibus iuribusque iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet
se cum successoribus bonisque suis generatim omnibus totaliter et plenarie incorporando et subii-
ciens patenter libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generoso Janusz Romer
et ipsius successoribus summam mille florenorum pecuniae polonicae communis monetae et numeri in
Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et li-
quidi debiti mutuatarumque pecuniarum tenetur atque debet. Quam quidem summam supra-
scriptam mille florenorum polonicalium eique regnans se suosque successores in et super bonis suis
generatim omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Generoso Janusz Ro-
mer et ipsius posteris inscribit et obligat hinc pro die et Festo Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio Actisque
praesentibus Castrensibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque
et relictam rursum ab eodem officio non officio deiubere nec arrestare vel alio quovis
modo impugnare. Idque sub vadio similis summa mille florenorum pecuniae polonicalium per eamque
regnantem Generosam Romerowa et illius successores eique Creditori suo et illius posteris
ob solutionem summae praefatae terminis pro tempore et loco suprascriptis ad solvendum succumbens
Praeterea memorata regnans Generosa Romerowa eique Creditori suo et illius posteris
dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem